1769

Ayuntamiento de Madrid

Et fit commemor. S. Teleſphori Papæ & martyris, Aña. Qui odit ánimam ſuam in hoc mundo, in vitam ætérnam cuſtôdit eam.
℣. Juſtus ut palma florêbit. ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Teléſphori mártyris tui atque Pontíficis ánnua ſolemnitâte lætíficas: concêde propítius; ut cujus natalítia cólimus, de ejúſdem étiam protectiône gaudeâmus. Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum.

Ad Primam, Antiph. O Admirábile.
Capitulum. Regi ſæculôrum. 16.
℟. breve. Chriſte Fili Dei vivi, * Miſerêre nobis. ℣. Qui natus es de María vírgine.
Et non dicuntur Preces.
Ad Abſolutionem Capituli dicitur Capitulum Nonæ. Itaque jam non eſt.
Ad Tertiam, Antiph. Quando natus es.
Capitulum. Fratres, Quanto témpore. ut ſuprà. 180.
℟. breve. Verbum caro factum eſt, * Allelúia, allelúia. Verbum. ℣. Et habitâvit in nobis. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Verbum. ℣. Ipſe invocâbit me, allelúia. ℟. Pater meus es tu, allelúia.

Ad Sextam, Antiphona.

Rubum quem víderat.

Capitulum. *Galat.* 4.

AT ubi venit plenitûdo témporis, miſit Deus Fílium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant, redímeret, ut adoptiônem filiôrum reciperêmus.
℟. br. Notum fecit Dóminus, * Allelúia, allelúia. Notum. ℣. Salutâre ſuum. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Notum.
℣. Vidérunt omnes fines terræ, allelúia.
℟. Salutâre Dei noſtri, allelúia.

Ad Nonam, Antiphona.

Ecce María.

Capitulum. *Galat.* 4.

ITaque jam non eſt ſervus, ſed filius: quòd ſi filius, & heres per Deum.
℟. br. Vidérunt omnes fines terræ, * Allelúia, allelúia. Vidérunt. ℣. Salutâre Dei noſtri. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Vidérunt. ℣. Verbum caro factum eſt, allelúia. ℟. Et habitâvit in nobis, allelúia.

Veſperæ de Epiphania. Duplex,

IN

Museo Municipal de Madrid N.º 20168

Ayuntamiento de Madrid